

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 7. Porphyria, & S. quidam Abbas ab infamia diuinitus liberati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](#)

falsitas aequitati. Per Dominum nostrum, &c.  
Atque hac tantum absuit, ut impia indicaren-  
tur, ut sanctissimi Pontifices, principes Christia-  
niissimi, viri atque fœminæ sacrata istas purgan-  
diceremonias usurparint. Solet tamen idem fa-  
ctum diuersis etiam atatibus, hic pietatis, alibi  
erroris nomen accipere. Luithardus epistolarum  
apud Carolum III. Imp. Magister à Suenorum  
proceribus stupri insimulatus, quod familiarius,  
quam domus Casarea maiestatis postularet, cum  
Augusta vineret, dignitate motus, in Italiam  
abit. Richarda Augusta, tamen sinistro rumore  
aspersa, carenti ferro crimen adulterij obiectum  
diluit. Deinde hanc umquam tactam se à Ca-  
sare, nedum à quopiam alio mortalium vio-  
latam esse persancte deierat. Misso ac remisso  
repudio, in Andalauia sacrarum fœminarum  
adem, quam ipsa dedicauerat, petit, ibiq; obiit  
& sepulta est. Hæc Auentinus.

§. VII.

Porphyria, & S. quidam Abbas ab infamia di-  
nitus liberati.

Indicant eumdem lustrandi morem hi- **Cranzius**  
storici probatores. Nam, vt de S. Kuni- lib. 4. Sa-  
gunda Virgine, & Coniuge S. Henrici, per **xoniæ.**  
ignitos vomeres probatissima innocentia- cap. 5. &  
taceam, toto orbe decantata, **Leontius** **32. Leont.**  
in vita  
certè

S. Ioann.  
Eleemo-  
syn.

certè Episcopus testatur , Porphyriam quamdam , priùs Veneris mancipium, impuram vitam duxisse , postea ab Abbatे à flagitio ad continentiae leges abductā , apud eumdem , quasi in asylo , habitasse , vt habeat custodem castitatis. Ea Porphyria , ut plerumque suspicuum vulgus facile ab inuidente Sanctis stygio hoste in iudicia temeraria impellitur , magnæ infamiae dedit occasionem. Alia quædam puella , quæ mater videri volebat , infantem suum in publico exposuerat , quem , ne fame periret , Porphyria transiens , audiensq; vagientem , misericordiā mota suscepit alendum. Et aluit domi suæ filium alterius de plateis collectum. Quid pronius fuit , quām suspicari , feminam libidini assuetam peperisse ? & peperisse prolem ab eo acceptam , cum quo cohabitaret ? Hæc prima suspicio fuit . mox tacitum inter quosdam murmur , mox & rumor à missantibus vulgatus. Denique clara fama , unde & ille , & illa infamis. Sed quia emendanda fuit ea fama , ne & Ordini , & Ecclesiæ noxia esset , Abbas , coram centum & eo pluribus testibus , in suæ & mulieris castitatis testimonium , ardentes iussit afferri prunas , quas ueste sua copiose suscep-

sè suscep<sup>t</sup>as tulit, nulla ignis nota relicta.  
Nimirum vt innocentia sua esset defensio,  
offendit Deus, facilius esse, vestimenta ca-  
storum ab igne, quām corpora à libidine il-  
lāsa permanere. Cū ergo, diuina gratia  
muniti hoc possint; libenter Deus prodi-  
giosè illud facit. Simile quid narrat Ioan.

Vasæus. Anno Dominica Incarnationis 530.

Toleti sub Amalarico Rege concilium celebra-

tum est, cui præfuit Montanus: Qui, ut loqui-

tur D. Isidorus, post Celsum fuit Toletanae Se-

dis metropolitanus Episcopus, vita & eruditione

clarus. Is antiquissima fidelij<sup>3</sup>, relatione narra-

tur, ad propulsandam coniugalis conuersationis

infamiam, carentes prunas tam diu tenuisse

veste, dum sacram perageret, eoq<sup>3</sup> peracto, nec

pruna ignem, nec vestis inuenta est amississe deco-

rem. Nimirum vbi homines fiunt hominū

calumniatores, ibi vel elementa debent esse

innocentia testes.

Ioan. Va-  
sæus in  
Chron.  
Hisp. ad  
An. 530.  
10.

Vide &  
Sophron.  
in Prat.  
Spirit.  
cap. 114.

### §. VIII.

*Castitatis, & fidei calumnia ignibus purgata.*

Valde huic affine est, quod de Simplicio  
refert Gregorius Turonensis. Is Simplicius Greg. Tus-  
perpetuam cum vxore castitatem seruau-  
rat. Electus autem in Episcopum, domi ad-  
huc vxorem retinens, sororis loco fouebat.

ron. de  
gloria  
Confess.  
c. 76.

Quem